



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

Visitatio B. Mariæ V. 2. Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

328 VITÆ S A N C T O R U M . 2 . Iulij.

quoque funus cùm paucili homines curarent, adfuere Angeli , &, lessum an epinicum ? cantarunt totius orbis Mimo. Sur.

Per Christum sensibus invocatus abjecta seculi hujus figurâ, formam tuam informam tui reduc Salvatoris, ut novitas sensuum tuorum in tuis actibus eluceat, & cœlestis homo cœlesti habitu jam gradiatur in terra. S. Pet. Chrysol. serm. 110.

VISITATIO B. MARIÆ V. 2. Iulij.

R EDIBAT in astra Numinis ad MARIAM legatus, quem venturum terris nuntiaverat, celo venisse nuntiaturus. At VIRGO Deo jam plena vivendi ad cognatam Elisabetham studio in viam se dedit. Hanc monstravit, qui sub utero ivit comes, ingens MATRI, sed dulcis sarcina. Hic vite laborem temperabat, hic properantibus pedibus alas addebat, ut expeditior nunquam iverit MARIA, quam sic onerata. Iam sub aspectum mutuum venerant geminæ cognatæ, jam in amoris vincula brachia coiverant, cum gaudio gestiens in Elisabetha infans VEREVM in utero latens ex utero prodidit, jam cum vox clamantis. Tunc novo prodigio virginitas sterilitati, & sterilitas virginitati fœcunditatem est gratulata: tunc, quas texere Angelus cœperat MARIM laudes, pertexere Elisabetha, Domini Matrem salutare, quæ Ancilla venerat, super omnes illam mulieres efferre, ipsum cum primis laudibus in cœlum tam sancti uteri hospitem tollere. Itaque oraculis domus personata, VIRGO lætitia etiam ipsa exultans, quo Deum magnificaret, canere carmen, cui omnem palmæ vates concedent. Certè ut Superi delicati sint

(quip-

(quippe dulci semper Musicæ assueti) tunc tamen terræ cantus probarunt : nec hodie puto facilius aures Marianis præbent, quam MARIAM MARIA verbis laudantibus , tunc præsertim, si vox Virgo accedat, quam dicere ausim tam libenter audiunt Angelii, quam nos Angelorum audimus. Ex Hist. Evang.

Sit in singulis Mariae anima, ut magnificet Dominum; sit in singulis spiritus Marie, ut exultet in Deo : nam et si secundum carnem una mater est Christi, secundum fidem tamen omnium fructus sunt Christus. S. Amb. l. 2. Com. in Luc.

S. OTHO EP. POMERAN. APOST.

Iulij.

OTHONEM Pont. Bambergæ Suevia donavit. Præter Xenodochia, structa que vel reparata tempa quamplurima, monasteria ex ædificavit XXI. Hominum Deo sacratorum aspectu præcipue delectatus, gaudebat his sive sacrificaturis, sive ad mensam accubitus ministrare & fercula osculo condire. In Pomeranianum cùm movisset superstitione expugnaturus, multæ illi pugnæ fuisse sed victor, etiam cùm vapulareret, abivit. Tandem manus dedit Regio, postquam Pont. verbis blandis & munusculis captos duos adolescentulos, illi alios, hi alii iterum alios & parentes deniq; ipsos ad sacra nostra induxerunt. Ita post OTHONEM Apostolos Pomerania pueros habuit, quos, ubi sacro fonte iustrati sunt, à profanorum societate remotissimos voluit, ut neque jam Iesus illis communis esset, quorum mores dissimiles esse oportebat. Bambergam redux vitam reliquam egenorum.